

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[CollectionBoite_007 | Onanisme. Perfectionnement de l'espèce. Police médicale allemande et anglaise.CollectionBoite_007-8-chem | \[Annotation de D. Defert : Notes sans chemise concernant médecine allemande, perversions sexuelles\]](#)[Item](#)[Carl Theodor Groddeck. De morbo democratico, nova insaniae forma \[photocopie\]](#)

Carl Theodor Groddeck. De morbo democratico, nova insaniae forma [photocopie]

Auteur : Foucault, Michel

Présentation de la fiche

Coteb007_f0382

SourceBoite_007-8-chem | [Annotation de D. Defert : Notes sans chemise concernant médecine allemande, perversions sexuelles]

LangueFrançais

TypeFicheLecture

Personnes citées[Groddeck, Carl Theodor](#)

Références bibliographiques[Groddeck, De morbo democratico, nova insaniae forma](#)

RelationNumérisation d'un manuscrit original consultable à la BnF, département des Manuscrits, cote NAF 28730

Références éditoriales

Éditeuréquipe FFL (projet ANR *Fiches de lecture de Michel Foucault*) ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle).

Droits

- Image : Avec l'autorisation des ayants droit de Michel Foucault. Tous droits réservés pour la réutilisation des images.
- Notice : équipe FFL ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR).

Notice créée par [équipe FFL](#) Notice créée le 22/07/2020 Dernière modification le 23/04/2021

circo mente sana gaudet, quod falsas suas cogitationes eadem, qua sanus, facultate confirmare nititur. Similiter atque ortus cogitationum morbosarum origo se habet nisum morbosorum, affectuum. „Affectus jam per se morbosa mentis est conditio, quippe nisus est ille, quo ratio prohibetur, ne istam respectu delectus cuiusdam cum summa omnium nisum comparet (1). Omnis appetitus, omnis contentio mentis id spectat, ut sese prae ceteris obtineat atque evolvet, quippe affines ad se attrahens et obstantes repellens (2). Cupiditates inde proveniunt, quod nosmet ipsos pluris aestimamus, quasi centrum totius practicae mundi contemplationis facientes (3). Studium hujus deceptionis propriae alios quoque decipiendi, nimiam sui aestimationem aliis quoque persuadendi, egoismi nisus est. Et rei consequendae aequale aliorum studium resistit, quodque impedimentum, quod egoistae mutuo sibi opponunt, eos prohibet, ne in insaniam incident, contra, si cuiusdam eorum contingit, ut cupiditates suas plane expleat, absurditas ejus nec modum, nec finem habet.“ (4)

AETIOLOGIA, SPECIALIS.

Omnibus cupiditatibus nimius sui amor communis est, omnesque ex communi illo nimiae sui aestimationis

(1) Kant, Anthropolog. p. 224.

(2) Griesinger l. c. p. 30—34. Ideler, Seelenheilk. T. I. p. 541 sqq.

(3) Ideler, Seelenheilk. T. I. p. 576.

(4) Ideler l. c.

fonte emanant, quare non mirandum, quod in evolutione sua saepenumero se invicem conficiunt et admodum complicatam seriem turbationum morbosarum exhibent (1).

Ambitio pro nimia sui aestimatione quasi influxum abrepta ducenda est; vanitas est in motu. Altera adversus alteram se habet, sicut cogitatio adversus nisum. Nata ambitio ex morbose elata honoris appetentia homini insita, quae in conscientia dignitatis humanae posita justum pretium apud se aliosque valere vult, ab vulgari honoris appetitu ipsa differt inopia rectae cognitionis, et sequelis ex falsa positione deductis. Ex sui deceptione prognata aliisque decipiendis sese sustentans ambitio simulare debet speciemque pretii in locum veri substituere. Individuum eodammodo patitur, quod una cum falsa adulatione, quae vulgo plausus ferendi gratia exhiberi debet, morboso nisu semper latius exspatiente resarciendum est. Ambitioni maxime affinis est dominandi cupido, quae sui relationem aliis deprimendis efficere studet. Eadem jam magis quam ambitio negativam intentionem omnium cupiditatum statumque hostilem ostendit, in quem illa correpti adversus societatem conjiciuntur.

Alia species est avaritia, pravus acquirendi nisus, qui sui promotionem appetit. Qui nisus, omnes motiones nobiliores suppressens, non solum nimium sui amorem nuditate turpissima apparere facit, verum etiam

(1) Ideler l. c. T. II. p. 500.

